

¶ Quæ originalis habetur & afferuatur in  
Conventu Sancti Dominici de Quatimala:  
& Mexici habetur authentica apud Augusti-  
nienses, & Minoritas. Est autem aduerten-  
tum, quod hoc Regium mandatum in Ordinum  
Mendicantium fauorem, Apostolici priuile-  
gij naturam induit ex concessione Pauli.  
4. Fratribus Prædicatoribus & Minoribus  
facta. De qua supra ver. Communicatio pri-  
uilegiorum.

¶ Postea vero idem anno Domini. 1571.  
Octavo idus Augusti Pontificatus sui anno,  
5. aliqua ex parte prædictum indultum modi-  
ficauit, & ordinauit circa Confessorum  
Regularium, etiam Mendicantium approba-  
tionem iuxta Conciliij Tridentini decretum  
faciendam, & etiam Lectores, aut in Theo-  
logia laureatos non posse secularium Con-  
fessiones audire, nisi fuerint ab Ordinarijs ap-  
probati. De quo infra. verb. Confessores.  
ta habetur 2. Tom. Constitutionum Pon-  
tificialium Pij. 5. Constitutione. 135.

¶ Et tandem die. 23. Septembris eiusdem anni  
Motu proprio & ex certa scientia omnes lites,  
ansas, controversias, & questionum ma-  
terias super premisis, & eorum occasione